

(Cernius *Revue de phil.*). — 3) *Cf. Varro de re r. 3, 3, 16; Seneca ep. 86, 6; Ulpian. Dig. 19, 1, 17, 8; Vitruv. 9, 9, 11; 10, 15, 3. 5.*

5777 [aqua adducta curam agente An]nio¹ Ru[fin]o c. v., qui Thysdrum | ex indulgentia principis cu[r]at, et coloniae sufficiens et | per plataeas lacubus inperita, | domibus etiam certa condi[c]ione concessa, felicis saeculi providentia et instinctu | Mercurii potentis, Thysdrita[nae] col. praesidis et conserva[t]oris numinis, dedicata est.

Thysdri (El Djem), deinde Carthagine (VIII 51 cf. p. 1156 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) *Supplevit Mommsen.*

5778 Isidi Aug. | L. Figilius Secundus, Fl. Crispinus | aediles lacum quod annis III | cessaverit ut saleret (*sic*) curaverunt.

Lambaesi (VIII 2651 cf. p. 18101 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) *Bis titulum incidere coepit quadratarius; unde cernuntur sed erasae litterae Isis.*

5779 ex s. c. honoris Q. Paconii Q. f. | Lepta[e]¹ ergo, | lacus fistulaeque con[stituta]e substructae, quo | commodius in eius domum | aqua pura duceretur², quod | is de r. p. saepe numero bene | meritus esset merereturq. | Q. Paconius Q. f. Lept[a] IIIvir | quinquennalis ex s. c. | locavit idemqu[e] probavit.

Calibus rep. in fronte magni labri (vasca) marmorei (X 4634 semel descripta a Caleno quodam anno 1858). — 1) *Lepta amicus Ciceronis et praefectus fabrum eius in Cilicia, Calenus fuit vel certe cum Calenis compluribus necessitudine coniunctus (Cic. ad fam. 9, 13); ad hunc vel ad filium eius, quem Cicero memorat ad fam. 6, 18, 4. 5, videtur pertinere haec inscriptio.* — 2) *Similiter C. Titio Chresimo in t. Suessano, quem edemus inter municipales (X 4760), decernitur ut aquae digitus in domo eius flueret.*

5780 C. Cavarius Sex. f. Ter.¹ Vi. . . | Apulus IIIvir i. d., pontifex, pr[ae]f[er]ens², | patronus munic[ipi], | Corneliae P. f. Iustae matris no[m]ine | aquam salutarem impensa sua.

Pontecurvi ad Lirim, videtur pertinere ad Interamnam Lirenatem (X 5411 semel descripta, quod apographum servavit codex Pighii Berolinensis). — 1) *Tertina tribus Interamnatium, cf. C. I. L. X p. 525.* — 2) *De praefectis Interamnae creari solitis cf. Mommsen ad X 5405.*

5781 C. Aculeus Q. f. L. . . . | C. Teucidius N. f. Lib. . . | IIIvir., | aquam Ventinam ex s. c. | cludendam cellasque Fontis | et Ventinae et Virium¹ | faciendas concamerand. | curarunt, probarunt | dedicaruntque.

Pinnae Vestinorum (IX 3551 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 5870. 5871.*

5782 C. Vesidieno Cn. f. | Basso aed., | IIIvir. iur. dic., | IIIvir quinq., publice | d. d., | quod aquam novam | conquirendam et | in municip. perducend. | et nymphaeum faciend. | pec. pub. c. (*Fluvius barbatus sedens, sinistro cubito innixus, dextra sublata delphinum (?) gerens*).

Urbini (XI 6068 vidit Bormann).